

ptione, ac praesentia exhilaravit, Ecclesia catholica canent: *De cuius assumptione gaudent angeli, et collaudant filium Dei*; ac ne habeant penes se dimidiam Regnam, sed integrum corpore, et animo constantem. Denique propter nos ipsos summe id expediebat, tum ad stabilendam fidem in nobis de humana in utroque sexu glorificatione, et ascensione; tum ob spem nostram erigendam, dum villa gloriosa a capite Christo per venerabile collum Virginis ad nos tanquam membra descendit. Unde Michael Glycas in epistola ad Alipium monachum scite dixit: *Quemadmodum post primum peccatum parentum, corpora propter peccatum interitum facta sunt obnoxia; et hinc huiusmodi pestis, et labe per omnem eorum posteritatem promanavit: sic modo duo corpora facta corruptionis ignara, et nescia, primitiae suae vitae, quam expectamus sempiternae. Tum tandem ob christiandem in nobis nutriendam, certamque exauditionis praesentiam fiduciam, dum cognoscimus illam totam esse nobis intentam, et nihil de se, aut corpore suo sollicitam. In quo omnes alios plane vincit coelestem, quorum vota, et carae partim ad seipsos corporis sui unionem expelentes, partim ad nos extenduntur.*

Septimo, quia b. Virgo plenitudinem obtulit gratiae, non solum in anima, sed et in corpore, iuxta illud Gabrielis (c. 1): *Ave gratia plena*: unde illo dicente (*ibid.*): *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obambrahit tibi*; manifestissimum est supervenisse Dei virtutem, non solum in animam, sed in corpus Deiparae, plenitudine gratiae ei proportionata illam cumulantem. Caput eius plenum erat gratia, per ingem arcanorum contemplationem: facies eius plena erat gratia, adeo ut in intuitibus illam, libidinem extingueret, ut docet d. Ambros. (*de instit. Virg. cap. 7*). Plena erant gratia labia eius, ad imitationem filii sui, de quo David cecinit: *Difusa est gratia in labiis tuis*. Taeta fuit gratiae laborum eius plenitudo, ut ad paucissima illa verba (*Luc. 1*): *Fiat mihi secundum verbum tuum*, ipse antequam in virgineum thalamum descendere, et ex eo carnem assumeret; ad unicam eius salutationem in domo Zachariae repleta fuerit gratia Elisabeth, et Ioannes in utero materno sanctificatus: *Ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, exultavit infans in utero eius, et repleta est Spiritu sancto Elisabeth*. Aurea eius plenae erant gratia, quae audire meruerunt, non solum angelica colloquia, sed et dulcissima verba Christi, tam infantis, quam pueri, quam iuvenis. Manus eius plenae erant gratia, quae millicies corpus Domini gratiae fontem conlectaverunt. Plena erant gratia viscera, et ubera Mariae, ut coram omni populo ingenue fassa est mulier illa, quae exclamans dixit (*Luc. 12*): *Beatus venter, qui te portavit, et ubera, quae suxisti*. Cum igitur ad plenitudinem gratiae correspondet plenitudo gloriae; certe cum Deipara Maria plenitudine gratiae obtinuerit in anima pariter, et in corpore, aequum erat, ut ei in utroque corresponderet plenitudo gloriae. Quod si quispiam mihi dicat, debitum quidem esse

huiusmodi plenitudinem, sed suo tempore dandam in communi omnium resurrectione. At quis sibi persuadeat, plissimum, et gratissimum filium matri suae id distulisse dare, quod unusquisque nostrum, si in eius potestate esset, vellet matri suae imperiri? maxime, quod si, ut theologi concedunt, b. Virgo meruit accelerationem conversionis aquae in vinum, nec non accelerationem resurrectionis Christi Domini; satis utique cum ratione coniuncium esse censendum est, accelerationem gloriae sui corporis similiter meruisse. Etenim b. Virgo adeo sollicitam curam exhibuit in implenda sui corporis sollicitam, ut per omnia voluntate filii sui, ut per illam mereretur impleri sibi non solum appetitum elicitem glorificationis sui corporis; sed et naturalem, innatum, et congenitum, quem anima habet ad unionem cum suo corpore.

Octavo, quia omnis incuria, et inurbanitas longe a Christo Domino releganda est, quem summa comitate praeditum esse nemo ambigit: quis autem non videat inurbanitatem filii esse, pretiosa veste matrem spoliare? Sane corpus vestis est, et indumentum animae. Ergo si beata Virgo Filio Dei in terram descendente indumento corporis humani illam vestivit, ita ne inurbanus suspicandus est filius, ut matre sua coelum ingrediente velit, eam corporis sui veste spoliare? Illa domi suae contulit ei corpus, et ipse domum suae aufert ab ea corpus? absit, immo dabit, et non utcumque, sed splendidum, sed inimmole, sed pulcherrimum, sed variis gloriae dotibus, velut gemmis, et pretiosis margaritis exornatum.

Ultimo, quia si Christus Dominus dixit (*Ican. 20*): *Qui mihi ministrat, me sequatur, et ubi ego sum, illic et minister meus erit*; consequens est, ut Virgo Deipara, quae prae omnibus aliis impensus Christo in carne sua ministravit, sanguinem ei praebens, ut Verbum caro fieret: lac ei propinans, ut natam prolem nutrirerit: pueritiam illius alens, in vita eius illum concomitans, in passione compatiens, in morte assistens, modo illa sit cum Christo, ut ubi ille est, ibi sit vigilantissima eius ministratrix. Haec rationem, quia eleganter prosequitur d. August. (*serm. de assumpt.*), nolo lectorem verbis eius fraudare: sic ille loquitur: *Suis ministris ipsa veritas ait: Qui mihi ministrat, me sequatur, et ubi ego sum, ibi et minister meus erit. Si enim haec est generalis sententia omnium, per fidem, et bonam operationem Christo ministrantem, quanto magis quodammodo specialius est Mariae? Mariam namque operis exhibitione, et fidei rigidissimae veracem ministrantem Christi fuisse, omnis, qui sane sapit, intelligit. Absque dubio enim omni operi ministratrix extitit, quae hunc in utero gessit, partuque profusum aluit, et fovit, atque ut Evangelium ait, in praesepio reclinauit, et a facie Herodis in Aegyptum fugiens abscondit, et omnem infantiam eius pro matris affectu illa prosecuta est, ut usque ad crucem, in qua filium vitam virum perfectum vidit pendente, ab eius indubitanter ministerio non recesserit, consecuta eum non solum gressibus pedum, tanquam pro*

reverentia Dei; verum etiam imitationis affectu. Maria ergo ministratrix Christi spiritualium operum qualitatibus, sicut decotissima extitit, ita absque dubio religionis fide, id est vera credulitate charitate secutrix fuit. Non enim potuit, nisi divinitatis eius credula, quae se noverat hunc non virili semine secundum ordinem naturae, sed divino spiramine, nunciante archangelo, concepisso, videns semper famulantium angelorum ei adesse frequentiam, ut concepto, et nato, quando videlicet facta est cum angelo multitudo coelestis exercitus clamantium, et dicentium: *Gloria in Altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis; et in Aegyptum fugituro, atque inde iterum redituro. Quibus liquido cognoscere potuit, quia talia obsequia non nisi Deum decevant. Unde et stellae demonstratio, et Magorum de longinquis partibus inspirata adductio, quam maxime illi extitit indicium veritatis. Similiter Simeonis, atque Annae prophetali dignitate, insolitus ceteris, et huic specialis occursum. Quae omnia profecto Maria conspersis his cunctis altius ad finem roborata, pio corde conferebat, in tantum, ut omnino non mutabunda, sed certa de filii potestate, tanquam de Dei vera virtute, deficiente in nuptiis vino, diceret: *Vinum non habent. Sciens plane hoc illum potuisse, quod cum mox contigit, divino miraculo complexisse. Ecce igitur Maria fide, et opere Christi administratrix, et devota usque ad eius mortem secutrix, non plus gressu, quam imitationis affectu, ut credendum est: si tibi non fuerit, ubi Christus ministros suos vult esse, ubi ergo erit? et si ibi erit, ubi aequa Dei mensura, quae unicuique reddit secundum sua merita? Si ergo merito Mariae viventi prae omnibus donata est gratia, mortuae erit minuenda? absit, quia, si omnium Sanctorum mors est pretiosa, Mariae sane est pretiosissima, quam tanta comitate est gratia, ut mater Dei dicatur, et sit. Consideratis igitur his universis vera ratione confutendum censeo Moriam in Christo, et apud Christum esse; qui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.**

HOMILIA XIV.

Prosequimur magnitudinem gloriae accidentalis Deiparae Virginis, ubi de sublimitate throni, ad quem ex ille assumptionis fuit evecta, ac de multiplici corona, qua ad dexteram Filii sedens fuit coronata, disserimus.

Divus Bernardinus imparem se agnoscebat ad praedicanda beatissimae Virginis praeconia (*serm. de assumpt.*) in haec verba prorupit: *Quibus laudibus servitus hominum Regnam effret angelorum? Quae praeconia dilatat mortalis angustia, vel officia subministret, cui coelestia parent, et famulantur obsequio coelici cives? Quae feret exenia, quas laudes attentet humana penuria, cuius gloriam angelicae mirantur, et praedicant potestates? Quibus dignam honoribus plous hominum acclamant in terris, quam spiritu agmina beatorum iugiter venerantur in coe-*

*lis? Non est profecto facultatis humanae, Virgine gloriosam, ut aereat, efferre: nobis, qui votum gerimus obsequendi, talem credere sufficit, tantumque fatiri, quantum nullus homo valeat explicare. Verum licet omnem facultatem, etiam angelicam, coelestia charismata in die triumphantis Mariae assumptionis Virgini collata longe transcendant, ne tamen tanta matri, ac de nobis tam benemeritae ingrati esse videamur, adnotandum nobis est, eam celebrandum manifestare, et manifestandum celebrare. Etenim haec dies est, in qua mulier illa, cui insidiabatur draco, gloriois corporis dotibus, velut pennis in coelum evolavit. Haec dies, in qua mystica arca Noe transacto diluvio super montes coelestis Armeniae ascendit. Haec dies, in qua caudata, ac simplex columbarum olivae defrensus pacis, et victoriae symbolum ad arcam Noe rediit. Haec dies, in qua fortissima Iudith contrito capite, non Holofernis, sed trucidatissimi omnium hostis Luciferi, communi omnium spirituum applausu excepta, superam Hierusalem ingreditur, cunctis acclamantibus: *Tu gloria Hierusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri*. Haec dies, in qua nubecula illa sursum ascendens, Eliae desideratae pluviae certam spem dedit. Haec est dies illa, in qua vera regina Esther in Assueri palatium, regio diadema ab eo coronanda venit. Haec dies illa, in qua eadem Regina Esther regis cubiculum ingreditur, ut Hebraeos morti adiacentem a tanto malo liberet, ac imptum Amanem latum scelus machinamentum funditus perdat. Haec dies est illa, in qua pulcherrima Bersabee ad thronum pacifici Salomonis evexit. Haec dies illa, in qua percelebris, ac veneranda testamenti arca cum summo iubilio in honorifica collocauit sede. Haec est dies illa, in qua prudentissima Abigalia obvia facta supremo Regi David contra Nabalem ira periclit, illum sedavit, ac omnem iracundiam deponere fecit. Haec dies, in qua mater veri Sampsonis dulcissimum favum mellis coelestis gloriae laetanter accepit. Haec dies, in qua sapientissima Debora ascendit in Cades, quae sanctitas interpretatur, ut adversus hostes populi Dei pugnam doceret, et victoriam daret. Ac tandem, ut verbis dei Bernardi (*serm. de assumpt.*) loquar: *Sublimior est ista dies, et splendidior sole resurgens, in qua Virgo regalis ad thronum Dei Patris evexit, et in ipsius Trinitatis sede reposita, naturam etiam angelicam sollicitat ad videndum. Tota conglomeratur angelorum frequentia, ut vident Regnam sedentem a dextris Domini virtutum in vestitu deaurato, et in corpore immaculato, circumdatam varietate gratiarum, et distinctam multipliciter virtutum. D. Augustinus etiam (*hom. 3. de assumpt.*) inquit: *Adest nobis dilectissimi fratres, dies valde venerabilis, dies omnium sanctorum solemnitate praecellens. Adest, inquam, dies incluta, dies praecelata, dies, in qua e mundum migrasse creditur Virgo Maria, et ideo laudes intonet antiora terra, cum summa exultatione tantae Virginis illustrata excessu; quia indignum valde est, ut illius recordationis solemnitas sit apud nos sine maximo honore, per quam meruimus auctorem vitae suscipere.***

Ad hanc tamen proximam accedens: certe proficiscente beata Virgine ab hoc saeculo, cuius favore, et intercessionem cuncta sunt restaurata: tam terrestria, quam caelestia, cuperent, ut ipsa cogitatione perpendo, omnia elementa, universi orbium planetae, cuncte denique angelorum chori, ut secum Dei mater commoraretur. Terrae elementum nolisset tanto thesauro expoliari: sed caelestem Virginem omnis terrestri affectus semper expertem, terrae perpetuam incolam esse non decebat, maxime Osea (c. 4) dicente: *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum, homicidium, furtum, et adulterium inundaverunt super terram; purissimae autem Virgini impurus locus non congruebat. Elementum aquae, quod a mundi primordiis Spiritus sanctus honoraverat, Moysae dicente (Gen. 1): Spiritus Domini ferebatur super aquas; et cuius fluvius pedes Christi Domini, cum super mare ambulavit, calcaverant, Virgini praesentiam desiderabat. Sed neque hic locus et consentaneus erat: misericordissimae enim, et misericordiae matri, aquae elementum, piscium habitaculum, ingenua quadam immanitate usque ad devoracionem se persequendum, minime convenire poterat. Aeris elementum propria diafanitate ac solaris astri luce, et splendore rutilans, Virgini domicilium esse vellet: at cum tenebrarum caligine quotidie obscuratur, aptus locus non erat Virgini, quae peccati tenebras semper nescivit; maxime quod in medio aere non pauci commorantur daemones, ut Theologi docent (2. sent. dist. 6); quae autem conventio locus ad tenebras, et Mariae ad Belial? Elementum ignis ardentis charitatis symbolum, et cuius nomine Deus ipse insignitur (Hebr. 12): *Deus noster ignis consumens est, et quod reliquus sublimis esse noscitur, consentaneum videbatur in habitaculum Virgini assumi; tamen cum ignis, ut auctor est d. Dion. (de Angel. hierar.) in sua sphaera delitescens splendoris radios non mittat propter defectum materiae, non solum Virgini indecens, sed et contrarius locus erat, cum nihil sibi familiaris esset, quam verbo, et exemplo celestis doctrinae radios in omnes effunderet.**

Ad haec, cum b. Virgo in die Assumptionis suae elementa omnia pertransisset, coelum lunae, quod primo occurrebat, habitationem Deiparae fieri exoptabat, tum quod a Ioanne visa fuisset lunam pedibus suis calcans (Apoc. 12): *Et luna sub pedibus eius: tum etiam ipsa a sponso, pulchra ut luna, fuerat compellata. At cum luna inconstans, et variabilis, et non semel eclipsum patitur, Dei genitricem, quae in bono semper fuit confirmata, et divina gratia constabilita, huicsemodi locus minime decebat. Ascendit ergo Virgo superius ad coelum Mercurii. Et quidem cum Mercurius *Deus sapientiae, et eloquentiae nuncupetur, quia, ut docet astrologorum princeps Ptolemaeus, natus in eo signo reddit studiosos et facundiae amatores; ad quod alludentes Lycaonii, ut legimus (Aetor. 14), Paulum, ob miram eius eloquentiam, et in dicendo facundiam, Mercurium appellarunt; et cum etiam Mercurius ve-**

locissimus sit in suo motu, unde a poetis *Deorum cursor* dici consuevit, consentaneus Virgini hic Mercurii locus videbatur, quae ad brevium supernae vocationis velocum omnibus currit. Ceterum, si rem alius contemplerimus, minime consentaneus iudicabitur: nam praeter quam poelarum deliramenta praeteritis asserentium, Mercurium ea infamiae labe deturpatum, quod cum Venere congressus fuisset; certe, ut sanctus Isidorus adnotavit, id referente Geminiano (l. 1. de coelo, et elem. c. 77), *Mercurius Deus palestrae* dictus est, quia cum sole luctatur, enim vincere tentans. Beata autem Virgo nullam unquam cum Sole iustitiae pugnam inivit, sed absque ulla rebellione summo humilitatis affectu semper ei subiecit. Hinc igitur ascendit beata Virgo ad coelum Veneris planetae, cuius cum proprium sit, ut tradunt Misael, et Ptolemaeus de Planetarum natura agentes, disponere ad pulchritudinem, et inclinare ad pudicum amorem, non videbatur incongruum domicilium Virgini, quae de se ipsa dicit (Eccl. 24): *Ego mater pulchrae dilectionis.* At cum Venus, ut est in omnium ore, lasciviam praesferat; unde poetae dixerunt, Venerem cum Troiano Anchise, et Mercurio adulterium commisisse, cuius et meminunt Virgilius (Aeneid. 1), pudicissimam, intergenerumque Virgini hic locus aptus esse non poterat. Scandit ergo superius beata Virgo, accedens ad coelum solis, et cum ipsa in sacra Scriptura sol vocetur, regio Vale canente (Ps. 18): *In sole posuit tabernaculum suum, et Sponso in suo epithalamio dicente (Cant. 6): Pulchra, ut luna, electa, ut sol. Cui accedit, quod cum hic planeta communis sit parens omnium viventium, et super bonos, et malos lumen suum diffundere non perhorrescat, ut quae videbatur conveniens locus Virgini, quae Mater omnium viventium vocatur. At si Ecclesiasticum (c. 26) audiamus dicentem: *Sicut sol oriens e mundo, sic mulieris bonae species in ornamentum domus suae, facile inde deprehendemus, multo superiorem esse domicilium solis domum illam, quam speciei suae pulchritudine ornata Virgo dicitur. Quare superius ascendens Virgo, ingressa est coelum Martis. Sane proprietates huius planetae invitare videbatur Virginem, ut in eo moraretur: nam huiusmodi planeta *Deus belli* nuncupatur, eo quod ortus signo hoc praedominante, foras, audaces, et ad victoriam de hostibus reportandam faciles reddat. B. autem Virgo *terribilis, ut castrorum acies ordinata, a sponso appellatur, et turri Davidicae contra Damascum respicienti* eo, quod solo suo aspectu fortissimos quosque hostes delerret, illam comparat. Sed nequam in Marte dulcissimae matri sedem suam figere conveniebat, cum hic planeta ad cordis amaritudinem, et iracundiam provocet, rixas, et conturbaciones commoveat; Deipara autem Virgo concordiae, et pacis amatrix, et cunctis semper exiit. Unde (Cant. 8) ait: *Facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Quod si David (Ps. 18): Pax multa, inquit, diligentibus legem tuam, et Salomon (Sap. 3): Quoniam donum, et pax est electis Dei; non potuit non eximia pace perfrui b. Virgo, quae ardentius***

omnibus legem Dei dilexit, et celsitudine suae electionis in matrem Dei, inter omnes electos, uno Christo excepto, primum tenet. Immo cum regius Vates de Deo dicit (Ps. 75): *Factus est in pace locus eius, et b. Virgo locus fuerit, in quo requievit, ipsa dicente: Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo; consequens fil, Mariam non solum pacis amatricem, sed pacem ipsam nuncupari. Pergit deinde Virgo superius ad coelum Iovis, qui *Iovans pater* interpretatur, cuius cum proprium sit inter alias eius proprietates ad honestatem movere, et naturalem multam Saturni compescere, sympathiam quandam hic locus cum b. Virgine habere videbatur: tum quod ipsa dicit (ibid.): *Flores mei, fructus honoris, et honestatis; tum quia contentes caput antiqui serpentis, iuxta divinum oraculum (Genes. 8): Ipsa conteret caput tuum, Luciferini Saturni malitiam, et pravitate reprimat, et compescit. Sed revera Virgini non erat congruus hic locus, quia, ut astrologi docent, Iupiter in duodecimo signo portendit servitutem, tristitiam, et pauperiam; b. autem Virgo in coelum assumpta ingenti gaudio, ac summis divitiis affluens cogit caecumina tenet, omnia, tam terrestria, quam caelestia regali sui sceptri imperio subdens. Progreditur ulterius b. Virgo in Saturni coelum descendens, quod ea ratione videbatur aptum Virgini domicilium, quod Saturnus ad scientiam, et doctrinam disponit, nec non ad magnas divitias congregandas; b. autem Virgo sapientissima Ecclesiae magistra semper exiit, et ad illam Salomon dixit (Prov. all.): *Multae filiae congregaverunt sibi divitias, tu vero supergressa es universas. Verum cum aliunde Saturnus, ut tradit auctor (lib. de proprietat. rerum), planeta sit malencolicus, malevolus, nocturnus, et ponderosus, falsidicus, atque instabilis, unde et senex depingitur, facie turpi, et colore livido, et, ut dicunt astrologi, foetus sub huius planetae constellatione conceptus, vel facile interit, vel pessimis qualitatibus affectus superstes manet; manifeste hinc fit, incongruum esse hunc locum Virgini, a qua illa omnia longe abesse nemo diffidit. Ingrederetur post haec b. Virgo coelum stellarum, quod apta satis videbatur Virgini habitatio, quia et stella nominatur, et per stellam fuit praefigurata (Num. 24): *Orietur stella ex Jacob; et stellis coronata visa est a Ioanne (Apoc. 12): Et corona duodecim stellarum in capite eius. Ceterum neque ibi Virginem manere decebat, quia coelum hoc, sicut et reliqui, semper movetur, et instabile est. Unde Aristoteles dicit (in libro de caus. elem.), coelum hoc inquietum esse. Beata autem Virgo, quae de se ait (Eccl. 24): *Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievit, inquietem, et instabilitatem maxime execratur. Procegit ultra Dei genitrix super coelum chrystallinum scandens, de quo Magister Sententiarum (in 2. dist. 13) ex sententia ven. Bebae, ait, factum esse ex aquis instar solidissimi, et fulgentissimi chrystalli. Per quod quia apte foecunda virginitas Mariae delineatur, aptus hic locus videri poterat. Etenim, sicut radius solis chrystallum ingreditur, et per il-*****

lud pertransiens, soliditatem eius nec infringit, nec minuit, sed potius decorat, et splendens reddit; ita Filia Dei virgineum matris thalamum in conceptione ingreditur, et in nativitate penetrans, non solum integritatem eius non violavit, sed cohesavit amplius, et illustriorem reddidit. At cum coelum hoc chrystallinum angelorum loco inferius sit, non decebat Mariam angelorum dominam sedem suam ibi firmare. Tandem ascendit b. Virgo ad coelum empyreum universorum orbium supremum, quod in hunc modum per revelationem Iesu Christi, descripsit divus Ioannes (Apoc. 21): *Ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mundo. Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata, et portae eius erant ex margaritis, et plateae civitatis, aurum mundum. Haec civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea, quia lux non est illi: nec claritas Dei illuminat illam, et lucerna eius est Agnus. Portae Hierusalem ex saphyro, et smaragdo, et ex lapide pretioso omnis circuitus muri eius, et per vicus eius cantabitur, alleluia. Hanc coelestem aulam ingredientem beatam Virginem contemplantur prae admirationem pulchritudinis illius, dicentem illud Davidis patris sui (Psal. 83): *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini, necnon et illud (Psal. 134): Haec requies mea in saeculum saeculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.**

Ceterum quia in coelo empyreo magna sedium diversitas esse noscitur, iuxta illud Christi Domini (Ioan. 14): *In domo Patris mei mansiones multae sunt; oportet explicem quantum sit sublimitas, et celsitudo loci, quem Deipara in coelesti patria occupat. Potiori quidem iure, quam elementa, et coelestes omnes orbis, ac planetae, cuperent Sanctorum omnium ordines, qui tunc celestis patriae incolae erant, beatam Virginem apud se commorari. Tamen quemadmodum, ut verbis b. Laurentii Iustiniani (ser. de nativ. Virg.) utar, nullus mortalium, quavis donorum coelestium numerositate sit praeditus, Virgini valet coaequari: patriarcharum utique, prophetarum, apostolorum, martyrum, virginum, omniumque sanctorum merita beata Maria transcendit; ita consequenter cum praemium sit iuxta mensuram meritum, solum b. Virginis celsitudine, et maiestate reliquorum omnium sanctorum sedes praecellit, necesse est. Quare omnes illorum mansiones pertransiens, angelicos choros ingressa, singuli excellentiam tantae Matris super omnes puras creaturas non ignorantes, acclamantur: consendant Maria super nos omnes. Transcendit ergo primo chorum angelorum: nam si ipsi singulorum hominum custodes sunt, Virgo non minus, aut alterius, sed orbium, et provinciarum custos esse perhibetur. Transcendit chorum archangelorum: nam si horum munus est, urbes, et provincias custodire, iuxta illud Isaiae (cap. 62): *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, idest, archangelos, ut interpretatur Glossa; Virgo custos est universi, ita ut nemo sit qui se abscondat a calore eius. Transcendit chorum principatum, quia si isti principibus praesunt, et eisque specialia ratione su-**

perinlandunt; certe b. Virgo sublimis id præstitit, quæ non solum præfuit principibus, et regibus, sed regi ipsi immortalis, et invisibilis, sub humana carne latentis, cum subditum sibi haberet Iesum, divo Luca dicente (cap. 2): *Subditi ambitu continentur, subiecit pedibus matris suæ. Unde non solum prospicit sub pedibus suis elementa, mixta, plantas, astra, sydera, orbis coelestes, sed et universam Ecclesiam tam militantem, quam triumphantem, ut non obscure indicant verba Ecclesiastici (cap. 40): Aedificatio civitatis confirmabit nomen, et super hæc mulier immaculata computabitur. Etenim superna illa civitas cumulatus mullo, quam hæc nostra, honorificum Mariæ nomen semper concelebrat. Super hæc autem civitatem mulier hæc immaculata corpore, et anima constituta est, ut præsit ei, tanquam universalis omnium domina.*

Verum dicunt quispiam: cum singuli beati ad singulos sanctorum ordines pertineant, et ad singulos angelorum choros assumantur, ut vacuus eorum, qui cum Luciferò ceciderunt, sedes implent; videtur sane beata Virgo non ab illis segreganda, sed ad aliquem eorum ordinem redigenda, licet alioquin cunctis sit superior. Ceterum non ita se res habet: beata enim Virgo ob celsitudinem suorum meritorum, et ob singularissimam Dei Genitricis dignitatem, et ob singularissimum in consortio filii sui sibi vindicabat. Scio multorum esse opinionem, beatam Virginem in coelesti patria specialem Hierarchiam, seu chorum per se solum constituturæ: antiquus enim auctor Pomerii (serm. de beat. Virgin. lib. 10. part. 2. art. 1. cap. 3) hæc scribit: *Aliquorum est opinio dicentium, quod beata Maria est super omnes angelos, et beatos, ac super ordinem omnium creaturarum in quarta hierarchia soli, beatæ, et Mariæ propria; quæ non solum dignitate, sed etiam loco sit infra divinam hierarchiam, ubi Christus est in Dei dextera, tanquam mediatrix inter Deum, et creaturas. Et Cancellarius parisiensis (sup. Magnif. tract. 4) inquit: Virgo sola constituit hierarchiam secundam sub Deo trino, et uno hierarcha primo et summo, apud quem hierarchiam humanitas filii sui sola sublimata sedet a dextris virtutis Dei per unitatem suppositi: et Barradius (tom. 1. lib. 6. cap. 12) eidem sententiae subscribens ait: Deus bone, tantæ reginæ aduentu coelum mutatur: novem hæctenus erant angelorum chori, tunc unus ceteris omnibus celsior additur: supra angelorum novem choros Virginis collocatus est thronus, eaque sola unum eumque supremum chorum efficit. Et novissime insignis theologus, Franciscus Suarez (3. p. q. 37. a. 4. dis. 21. in calc. ill.) inquit: Tandem sequitur, beatam Virginem ita in omnibus excedere alios beatos, ut sub Christo ipsa sola specialem sedem, et singularem chorum in beatitudine constituat. In ordinibus enim angelorum sanctorum, novem chori distinguuntur ministeris, et operationibus distincti: sancti vero homines, vel sub illis ordinibus collocantur, vel certo in illis ordinantur, et constituuntur. Nam, ut theologi docent in 2. d. 9, ad singulos ordines angelorum alique homines assumuntur; ad vero beata Virgo, quantum habuit superiore dignitate, quæ al-*

ciem contingit, ipsa etiam ad idem coeli fastigium evecta fuit, ut palam dixit sancta Leocadia in templo Hispanicae Toletana d. Idephonso: *Per te vivit Domina mea, quæ coeli cacumina tenet: omnia etenim filius, quæ coeli ambitu continentur, subiecit pedibus matris suæ. Unde non solum prospicit sub pedibus suis elementa, mixta, plantas, astra, sydera, orbis coelestes, sed et universam Ecclesiam tam militantem, quam triumphantem, ut non obscure indicant verba Ecclesiastici (cap. 40): Aedificatio civitatis confirmabit nomen, et super hæc mulier immaculata computabitur. Etenim superna illa civitas cumulatus mullo, quam hæc nostra, honorificum Mariæ nomen semper concelebrat. Super hæc autem civitatem mulier hæc immaculata corpore, et anima constituta est, ut præsit ei, tanquam universalis omnium domina.*

loris est ordinis, et ministrorum statum excedit, ideo per se singularem chorum constituit: et hoc modo dicitur ab Ecclesia exaltata super omnes choros angelorum tanquam omnium Domina, ac Regina. Verum ea ratione horum sententia mihi non aridet, quia tam hierarchia, quam chorum pluralitatem personarum ex propria ratione postulavit: sic ut enim de ratione exercitūs est multitudo militum; ita de ratione chori, et hierarchiæ, multitudo adstantium. Quare et rationi magis consentaneum, et Deiparæ Mariæ multo honorificentius est, ut ipsa pariter cum filio suo chorum unum reliquis omnibus excelsores constituat. Quod non obscure adstrere mihi videtur Ecclesia catholica, dum canit: *Assumpta est Maria ad aethereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio. Ratio etiam non parum congruus eidem opitulatur: nam si, ut docet d. Antoninus (in 4. parte summae), omnes sancti debent associari singulorum ordinum angelis, ut nemo eorum solitarius reperitur, sed singuli sancti erunt in consortio singulorum angelorum in quocumque ordine fuerint, iuxta illud (Deut. 22): Constituit terminos populorum iuxta numerum florum Dei, id est, angelorum; minime certe decebat, ut Christus Dominus, qui super omnes est exaltatus in vertice empyrei coeli, ibi solus adesset. Si enim in terrestri paradiso dixit Deus (Genes. 2): Non est bonum hominem esse solum, multo minus in coelesti. Secum igitur filius duxit matrem super empyrei coeli cacumen, ut iuxta eum suæ gloriæ, et maiestatis consors ferret in aeternitate, quæ propriae substantiæ, ac purissimi sui sanguinis participem eum efficeret in tempore. An vero Deipara Maria ibi proprium thronum habeat, proximum throno Christi? an vero ad eundem thronum filii sui fuerit exaltata? minus dubium esse videtur. Divus Augustinus (serm. de assumptione) et refert Pomerium ubi supra, hoc secundum plane docet in hæc verba: *Tibi Domina digne thronus Regis gloriæ debetur: te ipse rex gloriæ, ut matrem veram, et decoram sponsam prae omnibus diligens amoris amplexu associavit. Item tradit Albertus Magnus (super missus), immo et divus Damianus (sermo. de assumptione), hæc habet: Virgo ad thronum Dei Patris evehitur, et in ipsius Trinitatis sedes reponitur. Verum mihi videtur et cum sacra Scriptura, et cum ratione magis coniunctum, diversum esse thronum Virginis a throno Christi Domini. In eius enim figura legimus (3. Reg. 2), matrem Salomonis sedisse supra proprium thronum iuxta filium suum: Salomon positusque est thronus matris regis, quæ sedit ad dexteram eius. Et præterea, quia ad maiestatem, et excellentiam Christi Domini pertinet, et qui caput sit triumphantis Ecclesiæ, excelsores, et splendidiorem thronum sortiatur; deinde sanctissima Virgo, quæ collum est; postmodum reliqua membra, ex quibus miro ordine integrum corpus Ecclesiæ triumphantis compactum est. Id ipsum confirmo ex cardinali Bellarmino (super Psalm. 44), ubi exponens illa verba: *Assistit regina a dextris tuis, de beata Virgine ita loquitur: Assistet sponsa tua, quæ regina est, cum sit sponsa tua, qui***

loris est ordinis, et ministrorum statum excedit, ideo per se singularem chorum constituit: et hoc modo dicitur ab Ecclesia exaltata super omnes choros angelorum tanquam omnium Domina, ac Regina. Verum ea ratione horum sententia mihi non aridet, quia tam hierarchia, quam chorum pluralitatem personarum ex propria ratione postulavit: sic ut enim de ratione exercitūs est multitudo militum; ita de ratione chori, et hierarchiæ, multitudo adstantium. Quare et rationi magis consentaneum, et Deiparæ Mariæ multo honorificentius est, ut ipsa pariter cum filio suo chorum unum reliquis omnibus excelsores constituat. Quod non obscure adstrere mihi videtur Ecclesia catholica, dum canit: *Assumpta est Maria ad aethereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio. Ratio etiam non parum congruus eidem opitulatur: nam si, ut docet d. Antoninus (in 4. parte summae), omnes sancti debent associari singulorum ordinum angelis, ut nemo eorum solitarius reperitur, sed singuli sancti erunt in consortio singulorum angelorum in quocumque ordine fuerint, iuxta illud (Deut. 22): Constituit terminos populorum iuxta numerum florum Dei, id est, angelorum; minime certe decebat, ut Christus Dominus, qui super omnes est exaltatus in vertice empyrei coeli, ibi solus adesset. Si enim in terrestri paradiso dixit Deus (Genes. 2): Non est bonum hominem esse solum, multo minus in coelesti. Secum igitur filius duxit matrem super empyrei coeli cacumen, ut iuxta eum suæ gloriæ, et maiestatis consors ferret in aeternitate, quæ propriae substantiæ, ac purissimi sui sanguinis participem eum efficeret in tempore. An vero Deipara Maria ibi proprium thronum habeat, proximum throno Christi? an vero ad eundem thronum filii sui fuerit exaltata? minus dubium esse videtur. Divus Augustinus (serm. de assumptione) et refert Pomerium ubi supra, hoc secundum plane docet in hæc verba: *Tibi Domina digne thronus Regis gloriæ debetur: te ipse rex gloriæ, ut matrem veram, et decoram sponsam prae omnibus diligens amoris amplexu associavit. Item tradit Albertus Magnus (super missus), immo et divus Damianus (sermo. de assumptione), hæc habet: Virgo ad thronum Dei Patris evehitur, et in ipsius Trinitatis sedes reponitur. Verum mihi videtur et cum sacra Scriptura, et cum ratione magis coniunctum, diversum esse thronum Virginis a throno Christi Domini. In eius enim figura legimus (3. Reg. 2), matrem Salomonis sedisse supra proprium thronum iuxta filium suum: Salomon positusque est thronus matris regis, quæ sedit ad dexteram eius. Et præterea, quia ad maiestatem, et excellentiam Christi Domini pertinet, et qui caput sit triumphantis Ecclesiæ, excelsores, et splendidiorem thronum sortiatur; deinde sanctissima Virgo, quæ collum est; postmodum reliqua membra, ex quibus miro ordine integrum corpus Ecclesiæ triumphantis compactum est. Id ipsum confirmo ex cardinali Bellarmino (super Psalm. 44), ubi exponens illa verba: *Assistit regina a dextris tuis, de beata Virgine ita loquitur: Assistet sponsa tua, quæ regina est, cum sit sponsa tua, qui***

rex es, a dextris tuis, id est, proxima tibi, et in loco summi honoris infra regalem thronum. Quare beata Virgo super omnes choros angelorum, et coelum omnium exalata nihil contemplatur super se mater, nisi filium: nihil miratur super se regina, nisi regem: nihil veneratur super se mediatrix nostra, nisi mediatorum solum. Unde egregie divus Bernardus (serm. 1. de assumptione) ait: *In terris locum dignior uleri Virginis templo, in quo filium Dei Maria suscepit, nec in coeli regali solio, in quo Mariam filius sublinavit. Deinde Sophronius (serm. de assumptione) hoc scribit: Hæc est dies omni sæculo veneranda, in qua meruit exaltari super choros angelorum, et pervenire ultra quam nostræ humanitatis est natura: ubi non substantia tollitur, sed gloriæ magnitudo monstratur, cum elevatur in dexteram Patris: ubi Christus pro nobis introit, Pontifex factus est in aeternum ad coeli palatium. Hæc est, inquam, dies, in qua usque ad throni celsitudinem, intemerata Mater, et Virgo processit, atque in regni solo sublimata post Christum gloriosa resedit. Sic itaque ubique consistenter sancta Dei canit Ecclesia, quod de nullo aliorum Sanctorum fas est credere, ut ultra angelorum, et archangelorum merita transcendere. Hoc quippe privilegium, non naturæ, sed gratiæ est beatæ Virginis. Accedit Aug. (serm. 35. de Sanctis): Tu in coelestibus regnis praclata es cunctis virginum choris. Tu aquam quocumque perregeris, sequeris: tu virginos choros, et ab incensitate carnis illecebris alienos, per absentia lila rosasque vernantes, ad fontes perennis vitae potandos incitas: tu in illa beatorum felicissima regni primi ordinis dignitate adepta, plantis rescutis obrans inter paradisi amenitatem, gramineoque crocos tenero poplite pergis, felixque palma violas immarcescibiles carpis; tu concinis sine fine choris coniuncta, summis angelis, archangelisque socialia indefessa voce sanctus clamare non cessata, cubiculo regis beatitudine gemmis, ac margaritis ornato assistis. D. Idephonsus hæc eadem confirmat in hæc verba (serm. 1. de assumptione. Mar.): *Quam beatissima, et laudabilis diei huius celebratio recte colitur, in qua Virgo mirabilis cum laudibus celestis militiæ intra potorum autem una cum ingenti trinitate excipitur; ex cuius nimirum carne Dominus Iesus Verbum caro factum est, qui cunctis in se credentibus ianua paradisi aperire collegit, qui matrem suam in throno regni collocavit, et immortalitatis gloriam eam transposuit, ac super choros angelorum super-solentior erexit. In sublimi ergo loco constituta beata Virgo super omnem primum creaturam etiam angelicam, coronata fuit a Domino. In cuius figura legimus iussisse Deum super veterem illam arcam testamenti fidelissimum apponi coronam. Per hæc arcam, Virginem delineari sancti Patres docent. Unde et Ecclesia de illa ait:**

Cuius supernus atrifex
Ventricis sub arca clausus est.

Beato etiam Ioanni Deipara apparuit in coelo amicta sole, et fulgentium stellarum diademate

coronata. Ac tandem dictum est (*Esther* 1) de hac insigni regina: *Ducta est ad cubiculum regis, et adamavit eam rex plusquam omnes mulieres, et posuit diademata regni in capite eius, fecitque eam regnare pro Vasthi*. Equidem, si de singulis sanctorum Ecclesiasticis aii (*cap. 43*): *Corona aurea super caput eius, expressa signis quoque sanctitatis, gloria honoris, et ope fortitudinis; nemo sanae mentis mihi inficiabitur, Dei Genitricem, quae omnes sanctos tam meritorum multitudine, quam dignitatis excellentia longe superat, splendidiorum coronam accepisse. Nec puto sane una, sed multiplici corona fuisse redimitam, ut satis indicant verba sponsi, de excelso solio suo illam in hunc modum invitantis (*Cant. 4*): *Veni de Libano, sponsa mea, veni: coronaberis de capite Amanae, de vertice Sannir, et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum*. Etenim, licet quidam autumet, ter sponsum replicasse verbum *Veni*, alludens ad tres virtutes theologicas, in quibus mirifice b. Virgo praefulsit, et ob quas praesertim coronari merebatur; et quamvis alii putaverint, ter dixisse, *Veni*, quia triplicis status coronam meruerat; nimirum, coniugalis, cui debetur fructus trigessimus; vidualis, cui debetur fructus sexagesimus; et virginalis, cui debitus est fructus centesimus, ut Christus docet (*Matth. 13*). Ac tandem, quamvis aliis placuerit, ter protulisse *Veni*, ad significandum propter tria merita mentis, oris, et operis fore praemiandum, sicut mali veniunt puniendi propter peccata mentis, oris, et operis. Veritas tamen est, significare voluisse triplicem coronam: ad triplicem namque illius verbi *Veni* repetitionem triplex quoque subintelligenda est repetitio alterius illius verbi *Coronaberis*. Nemo ignorat, triplicem esse coronam, seu aureolam, ut theologi docent (*in quarto sententiarum d. 49*) nimirum, aureolam virginis, doctoris, et martyris: unde cum Deipara Maria, et virginum vexillifera esset, et totius Ecclesiae archimagistra, velut olim Debora in populo Israelitico, necnon etiam plusquam martyr in filii sui passione, ut sanctus Hieronymus docet (*serm. de assumpt.*), triplici hac aureola merebatur coronari. Consulto tamen hoc loco vocat illam Dominus sponsam, cum antea dicta tantummodo appellatione eam insignisset, et non solum incundius illam pertraheret, sed ut quaedam obligationem illi subinerneret ad veniendum secum; cum statim Virgo quaequam sponsa efficitur alicuius, eo decaet tendere, quo sponsus eius adest; nec alibi commorari, quam ubi ipse commoratur. Quod autem semel tantummodo, et prima vice ad verbum, *Veni*, hanc adiecti sponsae appellationem, deinde bis idem repetens verbum *Veni*, nullo alio eam compellarit nomine, illud sane arcantum latere arbitror, quod cum primum illam ad se vocavit tempore mortis eius, sponsae appellatione eam nominavit, quae communis est omni animae sanctae. At postmodum, ut indicaret discrimen, quod cognomen istud matri suae competere a reliquis animabus sanctis bis adiecit *Veni*, ac si dicat: *veni non modo, ut sponsa cum partu, sed veni etiam, ut sponsa virginitate decora. Adiecit**

insuper ad primam vocationem et duas alias vocationes, absque illo nomine: *Veni de Libano, veni*, subindicans se non ut ceteras suas sponsas illam ad coelos evocare, sed modo peculiari, quo talem decaet sponsam, quae mater simul, et virgo sit; et ideo subinvenit: *Veni de Libano, veni*, idest: veni in anima, veni et in corpore, ut quae singularis mihi es sponsa, singulariter quoque mihi similis, et anima, et corpore coelum petas. Subiungit tandem tres altissimos montes Iudeae, in quibus ingens habitabat ferarum copia, per quas spurcissimi peccatores intelliguntur. Etenim *Amanae* interpretatur *inquietum, vel turbulentum*, per quod significantur inquieti amatores mundi. *Sannir* interpretatur *factor*, per quod apte devotantur lascivi homines, Deo, et omni populo foelentes. *Hermon* interpretatur *destructio*, per quod intelligendi veniunt haereticus Ecclesiam destruerent ac funditus evertent pro viribus satagentes. Ut efficacius ergo sponsus ei persuaderet, indecens sibi esse, in mundo amplius demorari, istorum leonum, et pardorum domicilium illum esse affirmat. Sed iam eorundem vorborum praeralam Ruperti Abbatis interpretationem hic subnectamus, qui (*lib. 3. in Cant.*) haec scripsit: *Veni coronaberis. Unde coronaberis? de capite Amanae, quod interpretatur nocturna avis. De vertice Sannir, quod interpretatur Deus vigilarum, et Hermon, quod interpretatur anathema. Venies de Libano, quod interpretatur candidatio, idest, de corpore isto migrabis, corpore candidato, corpore virgineo, et coronaberis de omnibus his, idest, de corpore vel membris illius, quae nominibus istis recte denotantur, de regnis mundi huius, quaedam capita, vel quidam vertices recte dicuntur nocturnae avis, et dentis vigilarum, et vere anathematizati diaboli a Deo separati, qui cum sit princeps tenebrarum, et tanquam leo rugiens circumae, querens quem decoret, recte et nocturna avis, et dens dicitur vigilarum. Ipsa eadem regna, et cubilia leonum, et montes dico pardorum, quia videlicet reges regnorum, reges Babyloniorum, et Persarum, atque Medorum, reges Graecorum, reges, et consules, sive imperatores Romanorum, quid nisi leones, et pardus dicendi sunt, qui tot bellis, tot caedibus orbem terrarum laceraverunt? De talium leonum cubilibus, taliumque pardorum montibus, tu amica me coronaberis: quomodo? videlicet credent in me fructum ventris tui, et eorum credentium salutem, corona tua erit. Ita coronaberis, ut et in coelis regina sanctorum, et in terra regina sis regnorum: ubique enim praedicatum fuerit illud de dilecto dictum: *Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria, et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum, praedicabitur et de te, quod sis, o dilecta, et mater huius coronati, ac proinde regina coelorum, totum iure possidens filii regnum. Atque hoc inlulu reges, atque imperatores coronis suis de coronabunt, palatia sua nomini tuo sacrabunt, et honori tuo dedicabunt, ut desinant esse quod fuerant, montes pardorum, cubilia leonum; haec perdocte Rupertus.**

Porro Deiparam Virginem non solum coro-

navit Dominus triplici illa corona: virginis, doctoris, et martyris; sed et reginae angelorum, et hominum. In cuius figura legimus, reginam *Esther* regio diademate fuisse coronatam a rege (*Esther 2*): *Posuit diademata regni super caput eius. Idipsum etiam spiritu prophético praeviderat David, cum dixit (*Psal. 44*): *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate*. Cuius loci varias versiones silentio praeterire non licet, cum omnes in Virginis honorem cedant. Septuaginta vertunt: *Circumamicta, et variegata*: Paraphrast. *chaldaeus: In vestibus diversarum figurarum*: *Aquila: In tintura Hophir*: Theodot. *In diademate aureo de Sophir*: *Simmachus: In auro primo: d. Hieronymus: In scutulatis*: Originale tandem hebraeum legit: *In vestibus auro ocellatis indumentum eius*: quibus varia mihi deteguntur Deiparae praeconia. *Astitit regina: ecce regale scriptum, ad quod evecta est Maria. A dextris tuis*: ecce posterioribus filii sui bonis prae ceteris omnibus beatis fruente. *In vestitu deaurato*: ecce auream fulgentis charitatis vestem, qualem tantam reginam decet. *In scutulatis*: ecce Virginis officium, et munus, quo fungitur in coelo, instar multiplicis scuti, ab ira Dei peccatores protegens, ac defendens. *Circumdata varietate. Circumamicta, et variegata in vestibus diversarum figurarum*: ecce multiplicem figuram, et personam, quam induit, et gerit Maria: Virgo est, mater est, genitoris sui genitrix est, regina est, ancilla est, sponsa intacta est, protectrix est, bonum nostrum semper respiciens. Unde quod Hebraeus legit: *In vestibus ocellatis*, sive quod idem est, *oculatis*, plane iudicat, beatam Virginem totam factam esse oculos, ad miseras nostras prospiciendas, et sublevandas. Aliiter etiam eadem verba in hunc modum explicare licet: sicut enim Christus Dominus de nocte resurgens a mortuis, et regnum suum obtinens, gloriosus in gloria animae, et immortalitate carnis assumptus est in coelum, et sedet a dextris Dei, dicente David (*Psal. 92*): *Dominus regnavit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem*; ita etiam mater eius, regina mundi de nocte mortis, quam subit temporalem, surrexit divina virtute: et cum decore summo beatitudinis animae, ac fortitudine immortalitatis in corpore purissimo, assumpta est in coelum, et a dextris filii collocata, ut impletur propheta David patris sui (*Psal. 44*): *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato*. Aurum symbolum est regni, ut Clemens Alexandrinus ait (*lib. 2. pasdag. cap. 8*), ab interitu etiam est alienum, et rubiginem corruptionis non suscepit. Merito ergo regina coelorum a dextris filii adstant, in vestitu regni cernitur, in stola immortalitatis, et incorruptionis splendet, ut et ipsa sit in omnibus creatis substantiis primatum tenens; et ut quemadmodum in vestimento filii eius scriptum erat (*Apoc. 19*): *Rea regum, et Dominus dominantium, ut vidit divus Ioannes*; ita et in auro vestimento reginae coeli scriptum sit: *Reginarum Regina, et dominantium Domina*; vel certe illud quod in persona eius praedixerat idem Ioannes (*Apoc. 19*): *Sedeo Re-**

gina, et vidua non sum: luctum amplius non video.

Sed videamus quaeso, quam veraciter David Deiparam Reginam appellet: *Astitit Regina a dextris tuis*. Sane si vera est doctrina Aristotelis (*1. polit. cap. 1*), aserentis quosdam homines a natura esse servos, et ad obtemperandum aptos; alios autem a natura reges, et ad imperandum habiles, quia isti ingenio polent, et acumine intellectus praestant, illi vero rudiore Minerva, et hebetiori ingenio praediti sunt; certe regia dignitas debita erat Mariae, quae et praeclearissimo ingenii acumine polluit, et eius intellectus plenitudine scientiae, consilii, sapientiae, ac reliquis Spiritus sancti donis mirifice fuit illustratus. Deinde nostri primi parentes, Adam, et Eva, principes fuerunt, et reges, ut non obscure indicant verba Isaiae (*c. 1*): *Vinum tuum mixtum est aqua, argentum tuum verum est in scorum: principes tui infideles, socii furum*, idest, ut exponit d. Bernardus (*serm. primo de adventu*): *Protoperantes tui non servaverunt fidelitatem: intumescerunt superbia, sicut lucifer, et eius assectae, in eo suam infidelitatem ostendentes, quod et gloriam furari, immo rapere perperam tentantur*. Si ergo principes fuerunt primi illi parentes terrestres, quanto magis secundus Adam, et secunda Eva de coelo, coelestes principes, et reges erunt, non infideles, ut illi, sed fidelissimi. Ac tandem, si regis sponsa iure sponsalitatis regina esse perhibetur; sane cum b. Virgo filia Regis, mater Regis, ac sponsa Regis fuerit electa, fateamur necesse est, Reginam esse. Regnum autem eius illa amplum, et latum est, ut omnes reges sibi subiectos habeat, adeo ut si quispiam eorum eius Imperium subterfugere velit, continuo necesse sit perire: nam praeterquam ipsa ait (*Proverb. 8*): *Per me reges regnant, Isaia (*c. 60*)* inquit: *Aperientur portae tuae iugiter die, ac nocte: non clauduntur, ut afferatur ad te fortitudo gentium, et reges earum abducantur: gens enim et regnum, quod non servierit tibi, peribit*. Memini, quod Themistocles, ut auctor est Plutarchus (*orat. 1. de fortuna Alexandri*), cum exulatus fuisset a patria, postea vero ad Persas veniens, ad magnam divitiam, et honoris culmen evectus, famulis suis dicebat: *O pueri perieramus, nisi perissemus*. Quae verba Plutarchus non minus apte convenerit subinixit gentibus barbaris sub imperio Alexandri iam subiugatis, quia re vera nunquam mansuissent, nisi domiti fuissent. Non dissimiliter omnes reges, et omnes gentes, nisi domari, et subiugari se sinant a regina Maria, omnes pariter peribunt (*Isai. 60*): *Regnum, quod non servierit tibi, peribit*. Hanc Mariani regni latitudinem contemplantur sanctus Bernardus (*serm. de assumpt.*) dixit: *Elevata est ad culmen dignitatis latissimae, ut sit regnum eius latum*. Unde (*2. Reg. 3*) dicitur: *Quomodo intravit David, sic faciam eum eo, ut eleveat thronus eius super Iudam, et Hierusalem in Dan usque Bersabee*. Thronus autem iste, in quo sedet, et requiescit David, qui manu fortis, et vultu desiderabilis interpretatur, idest, *levis Dei filius, fuit gloriosa Virgo Maria, quae cle-*

rata fuit ad latitudinem regni: ut de ea dici possit, quod non solum dominatur a Dan usque ad Bersabee, sed a mari gratiae usque ad mare gloriae, et a flumine infusuum dicitur usque ad terminos orbis terrarum, regnans super omnem creaturam. Recte quidem ait s. Bernardus, usque ad mare gloriae, quia quotquot gloriae coronis in caelis decorantur, ingenue omnes fatentur, illas accepisse a Deo, mediante Virgine. Ut enim ait divus Iohannes (Apoc. 4): *Beati adorabant viventes in saecula saeculorum, et mittebant coronas suas ante thronum.* Thronus hic Mariam designabat; et ad indicandum, quod per Mariam a Christo Domino obtinebant coronas, quas possidebant, idcirco ante illum thronum dicuntur proprias coronas prosternere. Advertere tamen oportet, quod beati mittentes coronas ante thronum, non solum eas non amittebant, sed potius duplicabant. Ad quod significandum thronus ille erat supra mare vitreum simile chrystallo, ut ait sacer textus: cuius proprium est, duplicatum representare obiectum. Quo sane edoceatur, quod sublevis, et subingari imperio Mariae, et illi impense servire, anget dignitatem etiam regiam, et splendidiorem illam reddit, ut configit David, qui irrisus a Michelo, quod saltasset ante arcam Domini, ut legimus (2. Reg. 6), alacri animo ipse dixit: *Ludam, et vitior hanc, et ita gloriosior apparebo.* Sane si humillari, et prostrati ante arcam, quae solae erat umbra coelestis huius, ac mysticae arcae beatae Virginis, gloriosum sibi dicebat David; quia hinc erit coniectare, multo gloriosius esse subdi, et reverenter prosterni ante reginam Mariam; cui cum Filio sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XV.

Prosequimur Virginis coronationem; prius tamen ostendimus, beatam Virginem in coelum assumptam matris pariter, et reginae munere fungi, ut nec voluntatem protegenti, cum mater, nec potentiam, cum regina sit, in ea desiderari suspicemur.

Celebris est sententia d. Pauli (ad Rom. 8) dicentis: *Quos praescivit, et praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Unde cum omnes filii irae nascentur, ac antiqua mater nostra Eva nos omnes conformes turpi imagini terreni Adami parturiant; opus sane erat, divino numine sic disponente, ut Maria in secundam matrem nobis daretur, quae nos, in filios suos per gratiam adloptans, conformes imagini coelestis Adami Christi Iesu parturiret. Ita ut quemadmodum naturales historiographi tradunt, et docet Ugo Victorinus (de best. cap. 6), usque immaturos adeo suos foetus producit, ut non tam videatur filios peperisse, quam difformem quandam carnem in lucem edidisse, quasi insen-

sibilem, et absque distinctione oculorum, nasi, et oris: confestim tamen linguae usque dolabro, aut certo pennello ab auctore naturae edocta, et in propriam prolem innato amore compulsa, ita totum eius corpus refecit, et composuit, ut manifeste appareret diversa eius membrorum compago, et foetus, qui aliquo difformis, et dissimilis naturali suo parenti prodierat, iam per omnia similis, et leoninae eius imaginis conformis efficeretur. Sic sane non dissimiliter nobis contingit. Prima nostra mater Eva ambiciens similitudinem illam Dei, quam mendaciter pollicitus fuerat et callidus serpens: *Eritis sicut Dei,* nos omnes velut immaturos factus peperit peccati originalis turpitudine deformatos, et lumentis persimiles (Psal. 48): *Comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis.* Divina tamen Redemptoris nostri providentia factum est, ut Maria Dei Genitrix nos etiam spiritaliter regeneraret, et refeceret, conformesque redderet imaginis filii sui, qui cum pariter etiam sit filius Dei naturalis, non falso, ut Eva iuxta suggestionem diaboli: *Eritis sicut Dei,* sed veraciter nos vere Deo parenti nostro similes reddit: idque non aliter, quam instar ursae pennello suae linguae pro nobis interpellans, et iugiter intercedens, quae efficaciter intercessione exaere nos facit veterem hominem cum actibus suis, et induere novum, qui secundum Deum creatus est. Et quidem si aquila nonnisi aquilas, et leaena nonnisi leones concipit, et parit; Maria, quae mater esse perhibetur divina, utpote mater eius, qui Deus est per essentiam, consequens est, ut quos parit foetus, dii sint per participationem. Neque id obscure mihi videtur significare nobis voluisse beata Virgo, cum per Ecclesiasticum (cap. 24) ait: *Ego mater pulchrae dilectionis,* sive ut Tyburtina, et Valobius vertunt: *Ego pulchrae charitatis mater:* nam cum teste d. Iohanne (1. Ioann. 4): *Deus charitas sit, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo;* consequens fit, ut omnes filii Mariae sint Dei: naturalis quidem, et primogenitus, Deus per naturam, reliqui vero adoptivi, Dei per gratiam, et charitatem.

Observavi non semel quod ubi nostra Vulgata ait, loquens de civitate Dei (Psal. 46): *Hi fuerunt illis,* s. Hieronymus translulit: *Ille natus est ibi semper.* Certe Christus Dominus semel natus est de Virgine, nec enim semper nascitur ab illa; verum licet aliquo semel ipse natus fuerit a Virgine in se ipso, quia tamen in filios quos ipsa incessanter adoptat, semper denno spiritaliter nascitur, ideo nolenter ad id significandum dixit: *Iste natus est ibi semper.* Hinc ansam sumere mihi liceat, verba illa Deiparae, *A generationibus meis adimplemini* explicandi, per quae spiritualium hanc filiorum generationem, et renaissance significatione mihi videtur. Possant sane explicari haec verba per illa Paulina (Eph. 3): *Nam in Christo Iesu per Evangelium ego vos genui.* Foetus enim, quos b. Virgo intercessione, doctrina, et exemplo suo peperit, suas vocat generationes. Ita explicat Cornelius Iansenius, a quo non multum discrepat Rodolphus, qui, ut refert Laurentius Surius in festo natalitatis, verbum il-

lud: *in generationibus meis,* exponit, ut idem sit, quod ab unigeniti mei benedictionibus implemini. Per benedictiones has intelligo iustificationes, quibus peccatores a Deo misericorditer de morte peccati ad vitam gratiae transferuntur. Sicut enim in naturalibus omnis generatio habet comitantem corruptionem: ut quia Aristoteles dixit: *Corruptio unius est generatio alterius;* ita in iustificatione peccatoris intercedit corruptio mortis peccati, et spiritualis generatio vitae gratiae. Et sicut etiam augmentum vitae corporalis fieri non potest absque destructione alimenti, quod convertitur in substantiam aliti; ita ad incrementum spiritualis perfectionis necessaria est corruptio imperfectionum, quae animam maculant, et charitatis fervorem minuunt. Illud autem mirabile est, quod omnes has generationes, quos causal Christus Dominus, sibi etiam tribuat b. Virgo, vocans illas suas, dicens: *A generationibus meis adimplemini.* Sed non arroganter, immo verissime id affirmat: nam omnes spirituales illae generationes vim omnem, et efficacitatem sanctificantis animas accipiunt ab unica illa, et supra Christum temporari generatione, in utero eius virtute Spiritus sancti, et Mariae cooperatione facta. Unde sicut conceptio ipsa, et nativitas Christi minime fuerunt absque Virgine causalitate, et influxu, et idcirco non solum Deo, sed ei etiam debet tribui; ita similiter omnes spirituales generationes per Christum factas merito etiam suas vocat b. Virgo, quia ad omnes mediale pro filium, et immediate vero per seipsam deprecative, sicut Christus imperative concurrit. Unde sicut totum genus humanum quoad esse vitae naturalis, duplicem primum parentem habuit Adamum, et Evam: ita quoad esse supernaturale duplex agnoscit vitae spiritualis primordium, Christum scilicet, et Mariam; quia licet solus Christus Dominus sit Salvator mundi, ipsa tamen multum cooperata est, tanquam praecipuum eius instrumentum ad nostram omnium salutem, ut late ostendi (supra lib. 12. hom. ult.).

Ad haec ab antiquis terra vocabatur magna mater, quam tanquam Deam venerantur; unde cum primum infans nascebatur, gremio terrae illum tradebant, et continuo in altum illum subleabant, et hanc elevationem cuidam Deae nomine *Levana* dedicabant. Eundem infantem, ut in canubulis custodiretur, Deae *Cuninae* committebant, vagitusque eius Vagitantem Deo offerbant: in infantibus tremoribus, quibus infantes facile expavescere solet, Deam *Paventiam* designabant; ac tandem pro cibis in frusta comminatis, necnon et pro potu, qui infantibus a nutritibus adhiberi solent, Deam *Edussam*, et *Potiam* adscribebant. Quia tamen dii omnes isti terrae fructibus vesciebantur, ideo dicebant. Praeter hoc tamen nomen, his etiam nominibus cohonestabatur: *Cibale, Vesta, Rea, Ceres,* sed et *Ops* ab *ope* nominata fuit, quia ipsa est, quae prae ceteris frequentius egenis adiuvat, et copiosius ad humanam vitam necessaria tribuit; unde Homerus vocavit illam *Vitae clarificatricem.* Pausanias vero simulacrum quoddam refert, quod ab *Acacia* incolentibus

fabricatum fuit in modum cuiusdam arae, quam *Auri sternam* vocitantur, id est, *amplissimum puteum,* quia nullus adeo miser, et abiectus est, quem ipsa non capiat, et amplectatur. Haec omnia numerata, et materna pietatis officia, quae decepta gentilibus falsis illi deabus tribuebat, una sola Maria Dei Genitrix, pietissima mater nostra, erga filios suos exercet: ipsa nos materno suae pietatis gremio suscipit: ipsa nos infantiae canubulis per lavacrum sacri baptismatis mundatos, in adoptionem filiorum admittit: ipsa orationis nostrae vagitus Deo offert: ipsa de aeterna salute vacillantes, et trementes, immo iam iam desperantes, divinae misericordiae fiducia firmat, et constabili: nos famelicis cibo, et potu carnis, et sanguinis unigeniti filii sui per Eucharistiam pascit; ac tandem vitam spiritualeam sua intercessione nobis benigne largitur, et ad illam conservandam omnia necessaria, tanquam amantissima mater, abunde subministrat; adeoque huius conservationis sollicitam curam gerit, ut eius sollicitudo omnem humanam in protegendo sollicitudinem longo intervallo praecellat. Certe olim piissima Sara bono filii sui Isaac prospiciens, ne filius eius ex Ismaelis consortio inferretur, pravius illius mores indutus, Abrahamum monuit, ut matrem, et filium a domo eiceret: *Eice ancillam hanc, et filium eius.* Rebecca sollicita, ut Isaac filium eius a patre suo Iacob benedictionem obtineret, nullum lapidem immotum reliquit. Rachel partus infando dolore, et pressura usque ad mortem ipsam Beniaminum in lucem edidit. Thecules illa isoginis Davidem adiit, supplicet et veniam postulans inobedientiam eius filio Absalon parceret. Bersabee ingressa est ad Davidem iam moribundum, ut Salomonem futurum regem nutu aliquo omnibus manifestaret. Esther, quod dilectissimus regi Mardocheus precibus quantumvis importunis extorquere nullo modo poterat, nempe revocationem capitalis sententiae in populum Hebraeorum latae; ipsa semel allocuta regem continuo id obtulit. Thermit filia Pharaonis regis Aegypti salvavit Moysen ab aquis, ne mergeretur, eundemque adoptavit in filium. Abigail uxor Nabal Carmeli placavit regem Davidem contra ipsam Nabal iram percutit, ne inter cruentas manus eius interiret. Mulier sapientis locuta est ad Iob, et abscisso capite Sibae, ac per murum demisso, liberavit Abellam civitatem, ne ab hostium incursum funditus devastaretur. Foemina illa nomine Respha cilicium substravit sibi supra petram ab initio messis, donec stillaret aqua de caelo super terram, servavitque corpora crucifixorum, nec dimisit lacerae ea per diem, nec bestias per noctem. Pia quaedam mulier, cum Ionathas, et Achimias fugerunt a facie Absalonis eos occidere quaerentis, illum misera, abscondit eos in os pulci sui, et expandit velum super ipsum, et servi Absalonis illos praeterierunt. Iosaba filia regis Ioram Ioas filium Ochozias forata est de medio filiorum regis qui interficiebantur, et abscondit eum, ne interficeretur. Harum omnium foeminarum curam in protegendis miseris longe superat sollicitudo beatae Mariae Virginis, om-

nium viventium matris, cum incessanter in coelesti patria pro peccatoribus materno affectu intercedat, et divinam iram ab eis avertere continuo satagat.

Ad haec cum ex una parte b. Virgo sit mater nostra, de cuius pietate non licet ambigere, a opulitarius velit filius suis; et ex altera, tanquam reginae, data sit ei potestas in coelo, et in terra, unde ipsa ait: *in Hierusalem potestas mea*, hoc est, in Hierusalem, tam militante, quam triumphante; nulla ratione timendum est, quod vel nobis materna viscera claudat, aut iusta nostra desideria non compleat.

Certe beatam Virginem in assumptione sua constitutam esse universorum reginam tam coelestem, quam terrestrem, et inferorum, non obscure indicat d. Ioannes, dum testatur, se vidisse illam fulgentissimo sole vestitam, stellarum diadomate caput eius redimitum, et lunam, velut scabellum sub pedibus eius. D. Augustinus, et d. Bernardus hunc locum interpretantes, nomine lunae, quae varietalibus et defectibus obnoxia est, omnem temporalem creaturam, quae mutabilitati, et varietati subiecta est, intelligunt; nomine vero stellarum, coeli spiritus angelicos, et colorum incolas significari aiunt. Dum ergo l. Virgo a Ioanne depingitur stellis coronata, et lunam sub pedibus habens, apertissime ostendit ipsam reginam esse tam coelestem, quam terrestrem. Quod autem vidit illam amictum solo, coniunctionem Solis iustitiae cum illa significavit, non solum pro auxilium, protectionem, atque inhaerentem gratiam, sed per intimam proximitatem carnis Christi in utero eius assumptae.

Ex quo speciali ratione, ut ait Damascenus, rerum omnium conditrix Domina effecta est, cum Creatoris mater exstitit, et super omnes creaturas primatum tenuit. Verum, ut rem hanc altius repetamus, placet cum nostro divo Bernardo. Senensi aperire, qua ratione regia dignitas debita sit Deiparae Mariae secundum ius naturale, et civile: haereditarium, et morale: divinum, et humanum. Primo enim ius naturale postulat, ut mater sicut ius in filium habet, ita quoque habeat in ea, quae sunt filii, cum filius sit quaedam parentis pars, ut dicit Aristoteles (8. Ethic. c. 17). Ad quam rationem respiciens divus Damasc. (orat. 2. de assumpt.) Deest, inquit, matrem ea quae sunt filii possidere. In iure etiam civili, quadruplici via novimus dominium secundum leges alieni acquiri: vel ratione emancipationis: vel per pretii solutionem: vel ratione operationis, opera enim percipi aequantur, ut habetur l. Procuratores. §. de tributo q. penul. vel ratione electionis, sicut a Praelatis ius acquiritur per electionem. Sic Deiparae ius dominandi competit: primo, ratione exhibitionis pretii, subministrans Christo Domino sanguinem, quo velut pretio nos redemit. Morali autem iure, regiam dignitatem Deiparae completere, ex eo quod tradit Aristoteles, facile persuadet: ait enim his, qui sapientia, et pulchra dispositione corporis vigent, regalem dignitatem deberi. Fuisse autem Virginem sapientissimam inter puras creaturas, cum aeterni Patris sapientia in utero eius requieverit, nemo inficiatur. Fuisse etiam

pulcherrimam, magna cum Christo similitudo, qui speciosus erat prae filiis hominum, satis comprobatur. Scribit autem Strabo (lib. 18), Indos tantopere corporis elegantiam, et pulchritudinem in pretio habuisse, ut illum dumtaxat in regem eligerent, qui singulari corporis forma ceteros superaret. Quod etiam Aethyopos observasse Bion scripsit (in lib. de rebus Aethyop.). Ad quod idem spectat vulgatum illud Euripidis proverbium:

Priami facies digna est imperio.

Iure naturali etiam, quia primogenitis regum ex iure primogeniturae regia dignitas competit; ipsa autem dixit (Ecc. 24): *Ea ore Altissimi prodicit, primogenita ante omnem creaturam; in cuius confirmationem ibidem subdit: In omni populo, et in omni gente primatum tenuit, et omnium superiorum colla propria vitule calcavit: unde d. Bernard. (loco praec.) ait: Data est tibi, o domina, potestas in coelo, et in terra, ut quicquid volueris, valeas efficere.*

Porro merito Ecclesia catholica in celebri illo cantico, *Salve Regina*, b. Virginem Matrem misericordiae compellat. Certe regnum Dei universum his duobus partibus, iustitia scilicet, et misericordia constituitur, iuxta illud Davidis (Psal. 44): *Misericordia, et veritas obtinuerunt sibi: iustitia, et pax osculatae sunt.* Deus quidem, quasi dividens hoc regnum, ut beatam Virginem singulari honore cohonestaret, iustitiam sibi, et filio reservavit; constituens illum iudicem universorum, arguentemque mundum de peccato, de iustitia, et de iudicio. Alteram vero regni partem, scilicet misericordiam, et maternam pietatem reginae matri concessit. In cuius figura legimus, Assuerum Esther reginae dimidiam partem regni sui his verbis obtulisse: *Quid petis, ut detur tibi, et pro qua re postulas? etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.* Quod si Raguel de omnibus quo possidebat, inquit sacer textus, *Tobiae dimidiam partem dedit, et fecit scripturam, ut pars dimidia, quae supererat, post obitum eorum Tobiae domino decerneret: cur non Christum Tobiae domino decerneret: cur non Christum Mariae, plusquam id praestitisse dicemus? Moyses quidem dimidiam partem sanguinis victimarum, quas filii Israel immolaverant, accepit, et misit in crateres; partem autem residuam fudit super altare.* Sic Deus, quasi dimidiam regni, hoc est, sanguinis Christi partem, illam nempe, ex qua nostro modo intelligendi, misericordia emanat, in craterem, et vase admirabili Mariae conclusit; residuum partem iustitiae super altare, id est, Christum effudit. Atque hic est sanguis foederis, quod pepigit Dominus cum universis hominibus, ut per Mariam, tanquam per aquaeductum, eius misericordia ad peccatores profuaret. Alia etiam praecipua ratione Deiparae *Misericordiae mater* nuncupatur: nam cum peccaliter patrimonio Christi sit *Misericordia*: Dei enim proprium est *misericors* semper, et parcere; certe ipsa, tanquam eius mater lebas, auctoritatem, et illius dispensationem ab eo obtinuit, ut non immerito dici possit: *Constituit illam Dominus dominam domus suae, et*

principem omnis possessionis suae. Unde in coelis haec est praecipua Virginis cura, et sollicitudo, et ad hunc scopum omnem suam potentiam, et fortitudinem dirigit, ut peccatoribus misericordiam impetret. Itaque sicut divinam iustitiam peccata nostra ad ullionem provocant; ita materna viscera Mariae ad excusandam Dei misericordiam divino conspectui incessanter se obficiunt. Est namque Deipara porticus solii, hoc est Ecclesiae catholicae, ad exhibendam, et suscipiendam divinam misericordiam. Est arca Noe, per quam scelestissimi quoque homines liberantur a peccatis, calamitatibus, procellis, et flagellis. Est sicut navis insulitoris portans de longe, hoc est de coelo, laetum panem misericordiae. Est lecythus olei misericordiae non deficiens, neque immutatus in Dei Ecclesia. Est aquaeductus e paradiso exiens, similis aquaeductui regio. Est canalus, in quem effunduntur coelitus aquae divinarum miserationum ad fidelium animos refoecillandos. Est coeleste cellarium, in quo divina bonitas ordinavit charitatem, ut in nos illam exerceret. Est cubile, in quo aromata, unguenta et odoramenta divinae misericordiae collata sunt.

Ceterum ut ad regiam Virginis dignitatem redeam, unde nonnihil digressus sum, nemo est, qui ignoret, illud latum esse discrimen, ut summus philosophorum docuit, inter regem, et tyrannum, quod hic utilitati suae solum prospicit, et quae sua sunt solum quaerit; rex vero, quia propter utilitatem subditorum eius praestet, commotis illorum, et totius regni diligenter consulit. Potissimum igitur regis munus est, eorum audaciam infringere, et effraenatam domandi libidinem compescere. Praestitit hoc per excellentiam serenissima regina Maria: in cuius figura legimus, quod accedens olim Abimelech iuxta turrim, summo conatu illam demoliri tentans, appropinquansque eius ostio, ignem supponere nitentur, ut funditus corrueret: *Una autem mulier, ut sacer textus (3. Reg. 11) ait, fragmen molae desuper iaciens, elisit capiti Abimelech et confregit cerebrum eius.* Certe antiquus humani generis hostis per Abimelech designatus, fortissimum turrim Ecclesiae catholicae, variis diabolicis suae astutiae machinantibus visibus, igne suae malitiae concremare tentavit; at una mulier, unica certe Maria, quae animi magnitudine, ac invincibili fortitudine, nec similem visa est, nec habere sequentem, non tota sua potentia, sed fragmine dumtaxat eius, ut ita loquar, audaciam eius coercens, gloriose debellavit; et ut illa altera mulier contra Abimelech insilens, cerebrum eius confregit, ipsa illius caput contrivit, iuxta divinum oraculum (Genes. 3): *Ipsa conteret caput tuum.* Cuius contritionis modus comparatione Isaiae adumsum mihi explicari videtur (Isaiae c. 30): *Conminuetur sicut conteritur lagenae figuli contritio peralida, et non invenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus.* Hoc ipsum etiam praefiguratum

fuit in victoria, quam habuit Arca de Idolo Dagon: *Invenerunt, inquit sacra Scriptura (1. Reg. 5), Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini. Caput autem Dagon, et duae palmae manuum eius abscissae erant.* In primis beatam Virginem per hanc arcam praesignari his verbis eleganter edocuit divus Ambrosius (serm. sexto in fide): *Arcae autem, quod nisi sanctam Mariam dixerimus? Siquidem arca intrinsece portabat testamenti tabulas: Maria autem ipsius testamenti gestabat haerodem. Illa intra semetipsam legem: haec Evangelium retinebat. Illa Dei vocem habebat: haec Verbum. Verumtamen arca intus, forisque auri nitore radiabat; sed et sancta Maria intus, forisque virginitalis splendore fulgebat. Illa terreno ornabatur auro, ista coelesti. Hoc supposito, beatam Virginem significari per arcam praedagonem autem ipsam iacere humi absque capite, et manibus, manifeste ostendit, beatam Virginem, taliter daemone superasse, adeoque viribus illum destituisse, at neque consilium, neque industria per caput significata, nec fortitudo, aut vires ei supersedent ad nocendum beatae Virginis filios. Divus Bonaventura (tom. 2. tit. Laus Beatae Virginis) ait, beatam Virginem figuratam fuisse per Iudith, quae Holofernem peremit, et populum liberavit. Narrat divina Scriptura, quod cum Nabuchodonosor rex triumphum tulisset de Arphaxad rege Medorum, exaltatum est regnum eius, atque elevatum est cor eius. Unde misit nuncios ad omnes finitimas regiones, ut ei subderentur. Cum tamen omnes renuerent, Holofernem fortissimum ducent contra illas misit, qui bellum eis indixit, et obsidionem constituere decrevit. Videns tamen Iudith ingentem huius tyranni insolentiam, decrevit caput eius amputare; idque postea opere complevit, illum interficiens, et exercitum eius fugam arripere compellens. Non dissimiliter daemone infestissimus humani generis hostis, postquam multiplici stratagemate abusus, de primis parentibus Adam, et Eva triumphaverat, ita exaltatum, et elevatum fuit cor eius, ut omnes gentes suo imperio subigare postularet. Cum petitioni cum multi contradidissent, ut olim tempore Iudith, qui omnes uno animo contradixerunt: *Et remiserunt eos vacuos, et sine honore; ipse cunctis obsidionem posuit, circumens quaerens quem deroret:* adeoque praevaluit, ut Aegyptios, Assyrios, Persas, Medas, Romanos, et alias penne innumeras nationes ad sacrilegam suam adorationem fraudulenter attraheret. Hanc tamen tantam tyrannidem ferre non valens beatissima Virgo, acriter in hunc hostem insurrexit, et caput eius contrivit, ita ut melius, quam de Iudith dici possit: *Una mulier Hebraea fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor, quia Iudith caput abscidit, Maria vero contrivit, quod maiorem importat destructionem.* Unde ut quanto gloriosior haec Virginis victoria, quam illa Iudith fuerit, magis innotescat, perpendite quaeso. Primo, Iudith non praecidit caput regis, sed cuiusdam dumtaxat ducis ab illo missi; tamen Deipara Maria caput contrivit Luciferi supremi principis tenerarum. Iudith, si Holofernis caput am-*

dutavit, id sane fuit, illo dormiente, cum se minime defendere posset (Iudith 13): Porro *Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietas sopitus*; at cum beata Virgo Luciferi caput comminuit, et illum supervivit, certe non dormiebat, sed stremitissime vigilabat, et quantum poterat, humano generi insidiabatur. Iudith si triumphavit de Holoferne, factae pacis, et simulatae benevolentiae fraudulentum stratagemata adhibuit, ut multiebris imbecillitas industria huiusmodi compensaretur; beatissima autem Virgo, nullo utens stratagemate, nullam pacis simulationem tentans, in faciem Luciferi restitit, et gloriose de illo triumphavit. Ac tandem, sicut peracta victoria, Iudith locuta est ad populum dicens (Iudith 14): *Audite me fratres: suspendite caput hoc super muros nostros, et exite cum impetu: ite post illos securi, quoniam Dominus conteret illos sub pedibus vestris*; ita beata Virgo iubet concionatoribus, ut suspendant caput diaboli super suggesti muros, hoc est, ut omnibus manifestent victoriam, quam ipsa tulit de Luciferi, conterens eius caput: et ad vos omnes clamat: *exite cum impetu, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret illos*. Ita sane experientia compertum est, cum et tenellae puellae, et imbeciles pueri de daemone, carne, et mundo gloriosissime triumphaverint.

Ad extremum, hucusque dicta arbitror in vobis, quantumcumque peccatoribus, magnum excitasse desiderium, huic magnae matri, ac invictissimae reginae inserviendi, ac eius vos famulaturi mancipandi; et ad eam, tanquam ad securissimum portum, et firmissimum asylum confugiendi: cum pariter mater sit, quae propterea velit; et regina, quae facile possit vobis optulari. Maxime quod si diadema eius intueamur, reperiemus, non aliis gemmis contextum, quam peccatoribus ex corde illam invocantibus. Scio Ioanni, ut supra vidimus, Mariam coelo duodecim stellis coronatam esse: non tamen una est omnium sententia, quid per illas intelligi debeat. Quidam existimant, per has duodecim stellas significari duodecim ordines beatorum, novem scilicet choros angelorum, et tres hominum, martyrum, confessorum, et virginum, quibus totus beatorum coetus comprehenditur: horum enim omnium duodecim ordinum praerogativas beata Virgo coronatur. Alii per duodecim illas stellas duodecim Apostolos intelligunt, qui fuerunt totidem Ecclesiae catholicae micantes stellae. Si enim divus Paulus discipulis suis dicebat (Philip. 4): *Vos estis corona mea*; potiori iare id dicere poterit beata Virgo Apostolis, qui per multa coelestia arcana ex ore eius didicerunt. Alii stellas, quibus compactum est Marianum diadema, putant esse duodecim signa zodiaci, quae si mystice intelligantur, totidem divina charismata designant, quibus velut pretiosissimis gemmis ornatur Virginis corona. Alii melius arbitrantur, per has stellas duodecim corporis gloriosae dotes, quibus b. Virginis corpus, et anima, velut fulgentissimis stellis coronatur, potestati. Etenim simul atque regina Maria in Sion coelesti firmata fuit, et in civitate sanctificata requievit, et in superna

Hierusalem potestas eius manifestari coepit, et in populo honorificato radicavit, ac in plenitudine sanctorum detentio eius fuit, continuo Dominus eam coronavit: non lapidibus pretiosis, ut reliquos beatos, de quorum singulis David ait (Psal. 20): *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso*, sed de quorum singulis lapidis pretiosus fulgentior est, tanto gloriosior praeceteris corona Virginis esse intelligeretur. Dicunt ergo, has duodecim stellas esse claram beatissimae Trinitatis visionem, amorem ardentissimum, gaudium eximium, excellentem creaturarum cognitionem in Verbo, corporis impassibilitatem, miram agilitatem, subtilitatem magnam, claritatem summam, super angelicos choros exaltationem, sceptrum reginae coelorum, fulgentem virginitalis aureolum, singulare etiam insigne, quo Deipara propter ineffabilem dignitatem Matris Dei in coelo insigniri creditur. Ceterum nostro argumento inservientes, apud satis intelligi putamus per illas stellas beatae Virginis clientulos filiali amore ad eam confugientes: illas enim adeo diligit Regina Maria, adeo honorat, adeo exultat, ut supra se, ac supra regnum suum caput, illos constituat, ac ex eis regalem sibi coronam conficiat; immo et cum Filio suo conregnare faciat, cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VII.

Deiparae in coelum assumptionem valde nobis utilem esse ostendimus, cum ibi munus advocatae pro peccatoribus incessanter exercent.

Quantum hodierna die assumptae Virginis in coelum praesentia supernis civibus triumphantis Ecclesiae attulit laetitiae, et alacritatis, tantumdem mihi videtur terrestribus incolis militantis Ecclesiae intulisse tristitiae, et moeroris eius absentia. Unde egregie d. Bernardus (serm. 1. de assumpt.) dixit: *Nobis charissimi, quae in assumptione solemnitate occisio? quae causa laetitiae? quae materia gaudiorum? Maria praesentia totus illustratur orbis, adeo ut ipsa iam coelestis patria clarior subtili virginis lampadis irradiante fulgore. Merito proinde resonat in excelsis gratiarum actio, et vox laudis; sed plangendum nobis, quam plaudendum magis esse videtur. Quantum enim de eius praesentia coelum exultat, nunquid non consequens est, ut tantum luceat hic noster inferior mundus eius absentiam? Ceterum, in triumphanti beatae Virginis assumptione, et a lacrymis non temperare, et mirum in modum exultare debemus, sive ad Virginis gloriam, et honorem, sive ad nostram respiciamus utilitatem. Si enim filii veri sumus laetae matris, equum sane est, ut eius exaltatione vehementer gaudeamus. Ut enim Christus Dominus proximus in coelos ascendere, videns discipulos suos ob fa-*

tram eius absentiam ingenti coepisse moerore confecti, dixit eis (Ioann. 14): *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem*: ita beata Virgo similia verba sibi usurpans, nobis ait: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia ut filia, vado ad Patrem; ut mater, vado ad Filium; ut sponsa, vado ad Spiritum sanctum*. Quod si etiam nostrae utilitati consulimus, de Virginis certe in coelos assumptione mirifice laetari necesse erit. Quemadmodum enim Christus Dominus iam iam ascensus ad Patrem, sacris illis alumnis suis dixit (Ioann. 16): *Expedit vobis, ut ego vadam: si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: non dissimiliter beata Virgo nobis dicere potest: Multum interest, filii, matrem vestram in coelum condescendere, ut sicut filius advocatus est apud Patrem, ita et matrem in coelesti patria advocatam habeatis apud filium. Unde haec considerans idem divus Bernardus (eod. sermon. 1. de assumpt.) inquit: Cesset tandem querela nostra, quia nec nobis hic est manens civitas, sed eam inquirimus, ad quam hodie Maria benedicta pergit; in quam si conscripti cives sumus, dignum profecto est, etiam in exilio, etiam super fluminibus Babylonis eius nos recordari, eius nos communicare gaudis, eius participare laetitiam, maximeque eam, quae tam copioso impetu laetificat hodie civitatem Dei; ut sentiamus et ipsi stultitiae stillantia super terram. Praecessit nos regina nostra, praecessit, et tam gloriose suscepta est, ut fiducialiter sequantur Dominum servuli clamantes: trahere nos post te, in odorem unguentorum tuorum curremus. Advocatam praemisit peregrinatio nostra, quae tanquam Iudithis mater, et mater misericors, simpliciter, et efficaciter salutis nostrae negotia pertractabit. Pretiosum hodie munus terra nostra direxit in coelum, ut dando, et accipiendo, felici amicitiarum foedere copulenter humana divinis, terrena coelestibus, in summis. Illo enim ascendit fructus terrae sublimis, unde data optima, et dona perfecta descendunt. Ascendens ergo in altum Virgo beata, dabit ipsa quoque dona hominibus: quidni daret? Si quidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Regina coelorum est, misericors est, denique mater est unigeniti Filii Dei; hactenus d. Bernardus. Atque hoc mirifice facit, quod dixit Mardocheus de regina Esther (cap. 4): *Quis novit, utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris?* id est, ut tali tempore populo tuo afferres opem, cum quae ex mortis faucibus eriperes? De nostra vero Esther ad Ecclesiam in oratione vigil. Assumptionis: *Dei-ro Virginem de praesenti saeculo transulisti Domino, ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat*; quasi dicat: *Novimus nostram Esther ad coeleste regnum venire, ut suo populo omni tempore advocata pararetur.**

Ceterum, ut hoc *Advocatae* munus, quo beata Virgo fugiatur in coelo, pro nobis incessanter intercedens, variisque beneficiis nos frequenter cumulans, altius repetamus, praesupponere oportet, officium hoc *Advocatae* iniunctum crucis Virginis a filio suo, dum a ligno crucis penderet. Etenim clementissimus Iesus eo tempore, quo acrius iustitia, et misericordia inter

se dimicabant, cum illa a latere suo tot fautores haberet, quot iniurias ei illatas, quot blasphemias in eum prolatas, quot dolores tandem, et cruciatos, quibus supra modumangebatur. Quae omnia vindictam de peccatoribus enixe a Deo postulabant, ut adversus totum hunc institit exercitum misericordia praevaleret; voluit Dominus matrem suam muneris advocatricis fungentem, misericordiae partes agere, ne peccatores penitus perirent. Unde proximus morti illos omnes Ioanni Virgini commendans, dixit ei (Ioann. 19): *Mulier, ecce filius tuus*. Quam commendationem arbitror piissimum Iesum consulto usque ad illud mortis distulisse, quia sciebat ea, quae in puncto mortis alia commendantur, libentius suscipi, et tenacius memoriae impressa retineri, ut adnotavit divus Gregorius (hom. 29. in Ev.). Atque hinc factum arbitror, quod beata Virgo, ut huius sibi inviati *Advocatae* officii quasi possessionem acciperet, pro honore latrone tunc efficaciter interessit. Ut enim aderat corpore mortis inter crucem filii sui, et crucem latronis, ita et mente mediatrix exitit inter eodem, ut factorum hominem Christi reconciliaret, ac intincto sibi muneri satisfacere inciperet. Scio in Iure civili tantum esse, ne foeminae admittantur ad officium advocandi, tam in causis civilibus, quam criminalibus. Ita habetur l. foeminae, ff. de regul. iur. et l. 4. ff. de postulationibus. Merito igitur id statutum esse, ne aliqui sui ornatus splendore, pulchritudine vultus, ac verborum fallaci melodia, iudicium animam perverterent. Si enim foedissimum Holofernes, ex solo aspectu sandaliae Iudith, amore eius captus fuit (Iudith 15): *Sandaliae rapuerunt animam eius, facile quidem Iudith mulieris foeminarum mundo, pulchritudine et verborum suavitate illaquearentur, et iustitiae iura perirent. Nec etiam me lateat, in eodem iure disponi, ut constat ex l. domesticus, C. de assess. et domest. ne filius, servus, aut quaevisque alia persona domesticae advocandi officium subeat, in causa, in qua patet, aut dominus illius familiae iudex est. Quam legem cum ratione coniunctam esse, utique vel illud unum satis persuadet, quod amoris affectus, velut falsa ocellaria, multo aliter res facit apparere, quam reipsa sint. Iesus unum omnes has leges infringens, vult pulcherrimam omnium foeminarum Mariam, et sibi omnium maxime domesticam, utpole matrem, a quo conceptus, natus, enutritus, et educatus fuit, in advocatricem peccatorum destinare: ut sic et pulchritudine, et amore, et precum dulcedine tanta matris affectus, facilius ad nostras sublevandas miseriae fluctaret, et impensis spiritualibus, ac temporalibus nostris commodis incubaret. Addo deinde, quod si in causis pupillorum, et orphanorum, similiumque aliorum pauperum, foeminis adlocare, et suffragari permisum est in iure, ut habetur 3. quaest. 6. cap. sunt autem, cum nemo magis orphanus, et miser quam peccator, unde angelus (Apoc. 3) ei dixit: *Nescis, quia miser es, et miserabilis, pauper, et coecus?* et Bersabee (3. Reg. 1) dixit: *Erimus ego, et filius meus peccatores*, vel ut alia versio habet: *E-**